



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De morte Conuersi, super quem residebant coruicum agonizaret, qui à columba expulsi sunt, cap. 16.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

& post paululum, quòd dæmones essent, qui morietur animas quasi escam præstolentur recogitans, alta voce clamauit: Quid statis ibi vos domini? Egredimini. Qui cum minimè obedirent, secundò clamauit: Ego vobis præcipio in nomine Domini vt exeatis. Ad quod verbum mox viri egredientes, & vultures auolantes, nusquam comparuerunt. Iacebat autem idem Ludo infirmus in lecto opposito, vir senex & religiosus, corpore virgo. Visio hæc, sicut & subsequentes, relata est mihi à domino Hermàno Abbate, tunc ibidem Priore. Quantum verò agonizantibus fratrum præsentium oratio profit, eadem visione declarabitur.

## CAPVT XVI

**C**irca idem tempus alius quidam Conuersus illic moriebatur, homo quidem ponderosus & tardus, & ideo cæteris despectus: qui cum positus fuisset super mattam, finisque eius adesset, duorum aduolantes inopinatè girauerunt circa illum, tandem in trabe, quæ capiti eius imminerebat, residentes; quos vt vidit frater Henricus, cuius sæpe in superioribus mentio facta est, dæmones illos esse suspicatus, quidnam facturi essent expectauit. Interim pulsata est tabula, & accurrit conuentus, cum quæ crux introferretur, colūba niuea illam præcedens, ostium infirmatorij prior intrauit, & super iam dictam trabem volitans, inter eorum media resedit: cūq; cum illis decertaret, hinc inde alis eos verberans, tandem adepta victoria, & de domo eliminatis, ipsa in loco coruorum tam diu erat residens, donec Conuersus expirasset, & donec lotus, & feretro impositus, eodem loco restitutus fuisset: quem cum in oratorium fratres deportarent, columba eadem auolans crucem præcedebat, sicq; nusquam comparuit. **APOLLONIVS:** Quid videtur tibi fuisse columba illa? **CÆSARIUS:** Angelica aliqua persona, quæ fratrum orationibus adjuta, pro anima morientis cum dæmonibus dimicauit atque triumphauit. **Quantus illic sit dæmonum concursus, vbi hi mortuatur, qui eis seruiuerunt, sermo sequens ostendit.**

## CAPVT